



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Afflictio Consolans, Seu Svccincta Non Minvs Ac Clara Methodvs

Wintrich, Victor

Coloniæ, 1644

Discvrsvs IV. Quia venit Rex exercitatus in prælio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45734)

premere iugum, quia eruditus est pro-
indeq; liberator, & in æternum benedi-
ctus auctorq; pacis.

DISCVRSVS IV.

*Benedictus qui venit in nomine
Domini. Matth. 21.*

Quia venit Rex exercitatus in
prælio.

O Stendi suprâ eruditos debere ef-
se Principes, ni se suosq; in mi-
seriarum foueam præcipites da-
re velint, meritoq; Christum Regem be-
neditum, quia sapientia sua liberauit
clientes.

Docebo hic Christum ter quaterque
benedictum, quia exercitium habet bel-
li, facilèq; hostes debellare potest.

Ordo sit talis :

Primò, requiri experientiam bellicam
in Rege.

Se-

Secundò, illa neglecta malè imperium
gubernari.

Tertiò, Christum illam abundantissi-
mè habuisse.

REX SIT EXERCITATUS MILES.

Præfatus alijs in Sermonibus Bias,
Regulis, quas successoribus Principibus
dedit, & hanc interferit.

*Nemo Priensium Gubernator eligi-
tor, nisi decem annos militia egerit, solus
enim ille pacem exoptatam conseruare
nouit, qui propria edoctus experientia,
quid sint labores militares, didicit.*

Hoc profana, hoc sacrarum Scriptu-
rarum monumenta produnt. De Han-
nibale sic habet Paulus Diaconus: Han- *lib. 2 hist.*
nibal clarissimus Carthagenensium Dux
à Scipione illo felici victus, in Asiam se-
se ad Regem Antiochum contulit, qui
illum in regnum suum fidemque rece-
ptum, honorificentissimè tractauit; ni-
hil enim est, quò magnificentiam muni-
ficentiamque suam magis declarare Prin-
cipes possint, quàm si patrocinium vi-
rorum fortium fortunæ inuidia afficto-
rum suscipiant. Erat illo tempore Ephesi
Phi-

Phi-

Philosophus Phormio celeberrimus, qui in scholis perorans, visis istis duobus Principibus, argumentum, quod in presentiarum tractabat, omisit, & de artibus & stratagematis, quibus in bello uti Principes oporteret, deq; ordine in committendis praelijs servando, differere coepit, easq; res tantas & tam novas, adeo sublimi ac copioso orationis genere profecutus, ut non solum omnibus à quibus nunquam visus fuerat, sed illis etiam à quibus singulis diebus auditus, admirationi fuerit. Antiochus dissertatione illa magnoperè delectatus quæsit de Hannibale, quidnam de illis quæ Philosophus dixerat, iudicaret?

Respondet ille: Rerum militarium cognitio meliùs in castris Punicis, quàm in scholis Græcis comparatur; est enim res huiusmodi, ut usu potiùs, quàm sermone discatur aut doceatur. Iustitia quidem duce Principes bella suscipere, & prudentia comite gerere possumus; exitus verò illorum non in viribus neque calliditate consistit, ut decori igitur Philosopho est, bona pacem concomitantia celebrare, sic isti alienum esse aio de periculis belli dissertare.

Minus certè passus est & Scipio, du-
cem inexpertum arma gerere, qui ne-
quidem disertissimum Philosophum de
re militari verba facere, æquo ferebat
animo.

Militarem sanè experientiam in Duce
& decori esse & utilitati, illud Sertorij
Romani clarissimè probat, qui post-
quam Pompeij milites superasset, adue-
niente Metello, copias suas renocat, di-
cens: Ego puerum hunc, nisi superue-
nisset anus ista, castigatum domum re-
misissim.

Optimè Pindarus, dulce bellum in-
expertis; expertus verò accedens & a-
nimo vehementer horret: nam, vt bene
Valerius Maximus, turpe est, in re mili-
tari dicere, Non putabam: videlicet
quia explorato & excusso consilio, quæ
ferro aguntur, administrari oportet; in-
emendabilis enim est error, qui violen-
tia Martis committitur.

Benedictus igitur ille Rex & Princeps,
qui rei militaris instructus est scientia, il-
la enim dimicandi nutrit audaciam, nec
vllus facilè metuit, quod se bene didi-
cisse confidit: etenim in certamine bel-
lorum

*in Hipor-
chematis*

lib. 7. c. 2.

lorum exercitata paucitas, ad victoriam promptior est, quàm rudis & indocta multitudo exposita semper ad eadem.

Concludat profanorum auctoritates lepidum non minùs ac acutum Epaminondæ dictum, cui cum quidam dixisset, Athenienses habere novum instructum exercitum: Quid, inquit, num igitur gemit Antigenidas, si Tellia novat habet tibias? Tellia autem erat Tibicen pessimus, Antigenidas verò optimus. Significabat Athenienses frustra esse novis armis instructos, cum his uti nescirent.

Nunc igitur quod & sacræ bellicæ rei scientiam in Regibus desiderent Literæ, audiamus.

Iudicum, Regum, Machabæorum libri pleni sunt Hebræorum bellis, eorumq; Ducum peritia; qua, si vicere, vicere, proindeque ad eandem vel maximè respexerunt.

Terram promissionis mortuo Iosue Duce, nec ingredi, nec oppugnare ausi sunt, nisi de Ducis novi strenuitate Dominum consulissent: *Quis, inquit, ascendet ante vos contra Chanaanem, & erit*

Iud. I.

erit Dux belli? Et ait Dominus: *Iudas ascendet, cui tradidi terram in manibus eius: utpote quia vir bellator, quia exercitatus, quia rei militaris gnarus.*

Et Gedeon illis, dum contra Madian præliantur, Dux præficitur, tanquam fortissimus virorum, qui audacter suis dicebat: *Quod me videritis facere, facite.* Ibid. 7.

Maxima causa, cur filij Israel Regem peterent à Samuele, belli exercitium erat: *Rex erit, aiebant, super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis:* huius si usum habeat, utique benedicetur; sin, arma securius cum Dauide imperiumq; deponet, dicens: *Usum non habeo;* qui tamen postea exercitator factus, liberè Dominum ob sibi hanc datam scientiam laudans benedicebat: *Benedictus Dominus Deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* 1. Reg. 8. Psal. 143.

Quid enim non laudis, quid non gloriæ facer Textus Iudæ Machabæo tribuit ob præclaram bellicæ rei notitiam & animositatem: *Surrexit Iudas, qui vocabatur Machabeus filius eius pro eo, & adiu-* 1. Mach. 3.

adiu-

adiuuabant eum omnes fratres eius, & vniuersi qui se coniunxerant patri eius, & praeliabatur praelium Israël cum letitia, & dilatauit gloriam populo suo, & induit se lorica, sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in praelijs, & protegebat castra gladio suo.

Benedicti tales Duces, benedictus talis populus, qui sub signis illorum confligit; scitè namque Chabrias frequenter dicere solebat, formidabiliorem esse Cernorum exercitum Duce Leone, quàm Leonum Duce Ceruo, sentiens totam belli fortunam pendere à virtute & prudentia Ducis.

Benedicti ergo Magnates rerum faciendarum experti, gerendarumq; non ignari; aliàs quot Imperijs, quot Communitatibus, quot Regnis inuehent mala?

DAMNA INEXPERTORVM.

Vis doceam quot se, suosque bellicis inexperti rebus Duces, calamitatibus

Plutarch inuoluant? ex *Plutarcho* vide casus, qui *In Galba*, post *Neronem* sub *Galba*, *Ottone* & *Vitellio* Romanis acciderunt.

Cum

Cùm enim egregij Ducis fit, non solum præsentia rectè agere, sed & futura prospicere. Cùm sapientum Imperatorum fit, quàm sæpe in bellis ex casuum varietate consilia sint immutanda, perpendendo, apparatus ab initio, quoad fieri potest, ad omnes casus, consiliaque accommodare. Qualiter, quæso, accommodabit is ad casus fortuitos, qui nulli præsentis interfuit? Quomodo præsentia rectè aget, quomodo futura prospiciet, cui præsentium ignaro, futura somniando fortè attingere concedetur? Cùm iucundissimum spectaculum sit, Dux in oculis militum eodem pane vescens, aut in vili toro quiescens, aut in fossa vel aggere faciendo opem communem præstans; quomodo laboris insuetus, sudoris impatiens, penuria inexperitus hæc aggredi valebit?

Vel hoc obesus corpore Rex Amalec, *I. Reg. 15.* Agag magis mensæ assidere, cibis refarciri idoneus suo suorumque interitu demonstrat.

Quid aliud in fugam vertit Iosephum & Azariam, quàm quòd bellici operis inexpectati, illud meditati sint, nec exer-

H

cita-

citatoris Iudæ Ducis consilijs parere
voluerint, primo congressu 2000. viro-
1. Mach. 5. rum perdunt, *quia non erant de semine*
virorum illorum, per quos salus facta est.
Nunquam tales benedicti, tot suos mi-
serijs exponentes.

CHRISTVS SOLVS BELLORVM
EXPERTVS DVX.

Verè Christum Ducem nostrum, Re-
gem & Principem benedicere possumus
& debemus, ipse enim venit, victoriam
nobis, belli experientia, reportaturus.
Heb. 4. Optimè de illo Apostolus: *Habemus*
Pontificem tentatum per omnia. Ipse, ip-
se nouit qualiter contra Mundum, qua-
liter contra Carnem, qualiter contra
Diabolum, vt vincamus, pugnandum; ip-
Ioan. 16. se solus dicere potest: *Confidite, ego vi-*
ci mundum. Ergo benedictus.

Quod vt meliùs capias, & quàm hu-
ius Regis dexteritas in spiritali pugna
necessaria sit, aduertas, Hostium tuorum
fraudes, arma, technas vt consideres,
neceffe est.

Primò, habes fortem, astutum & in-
fidiantem tibi Diabolum hostem, cui
no-

nomina mille, mille nocendi artes, de quo uti sibi timuit, sic alijs præcauit Apostolus, dicens: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes tenebrarum harum.* Ephes. 6.

Huius ut congressiones metuas, nomina perpendo.

Satan dicitur, quia Deo & filijs eius iugiter aduersatur: *Vidi Satanam ut fulgur de caelo cadentem.* Iob 1.

Beelzebub audit; id est, Dominus Muscæ, in omnibus operibus pijs, muscarum ingerens distractiones. Luc. 10.

Diabolus vocatur, Calumniator Dei & Sanctorum, sancta facta impiè traducens. Ibid. 11.

Matth. 15

Tentator nominatur, quia Sanctos adoritur suggestionibus subdolis, sermonibus ac factis, ut in peccatum trahat. Ibid. 4.

Serpens antiquus indigitatur, quia primos parentes tali specie decepit, & heu in illis posteros perdidit! Apoc. 12.

Leo rugiens proclamatur, ob crudellem & insatiabilem nos deuorandi auaritatem. 1. Pet. 5.

Quis præualebit aduersus hostem illū?

H 2

Ec-

Ecce Rex tuus benedictus venit tibi in auxilium, dicens: Confide, ego vici, & tu vinces; ego suggestiones eius illusi, ego tentationibus eius Scripturæ arma opposui, ego spolia eius diripui, ego demique fortem alligavi.

Benedictus ergo qui venit in nomine Domini Rex noster; ille, ille adiutor fortis, ille docebit manus nostras ad prælium, & digitos nostros ad bellum, vt dicere possimus: *Nequando dicat inimicus, preualui aduersus eum.*

Benedictus ergo, per quem primus vincitur hostis.

Sed & Carnem superandi arma præbuit non minus proficua, cuius tamen nullam sentire poterat impugnationem, suam nihilominus domuit, vt nostra dominio rationis subiaceret. Heu qualis, quàm continua, quàm domestica vrgens & intrinseca est hæc pugna! quàm ineuitabile bellum! Ingemuit Paulus, hosti huic obuians, dum ait: *Heu infelix ego, quis me liberabit de corpore mortis huius! inuenio contrariam legem, &c.* Et: *Caro concupiscit aduersus spiritum.* Et illud alibi: *Corpus quod corrumpitur,*

Gal. 5.

Sap. 9.

*aggrauat animam. Confidite, ait Chri-
stus, arma ministro, vincendo idonea &
expedita. Vigilate & orate, vt non intretis Marc. 14.
in tentationem. Tollite crucem vestram, Matt. 16.
& sequimini me. Qui odit animam suam, Ioan. 12.
in vitam aeternam custodit eam. O victo-
riam! quæ animæ in æternum conserua-
tio & custodia est.*

Ergo benedictus.

Mundum quàm gloriosè vicit, & in-
super nobis irritamenta eius eludendi
media subministravit? O nocua & plu-
rimos perimentia hostis huius spicula!
*Concupiscentiæ carnis, oculorum & su- 1. Ioan. 2.
perbia vitæ!*

At Rex noster benedictus: *Venit Prin- Ioan. 14.
ceps huius mundi, dicit, & in me non ha-
bet quidquam.*

An non superbix opponit humilica-
tem? *Discite à me quia & c. Matth. 11*

An non auaritiæ paupertatem? *Beati Ibid. 3.
pauperes spiritu.*

An non luxuriæ castigationem & pœ-
nitentiam? *Pœnitentiam agite: appropin- Ibid. 4.
quat regnum cœlorum.*

Ecce Victoriâ! Ecce Coronam!
Ecce Triumphû! Regnum cœlorû.

H 3

Ec-

Benedictus igitur Rex noster, qui
Apoc. 6. exiit vincens vt vinceret, & nos ab ho-
 stibus his vindicaret.

Ne cum carne periremus, iuxta illud
Genes. 6. Non permanebit Spiritus meus in homine,
quia caro est.

Ne à mundo deciperemur.

Ne à Diabolo deuoraremur.

Benedictus igitur Christus, bellig-
 rus, faciens victoriam, obtinens pacem.

DISCVRSVS V.

Benedictus qui venit in nomine
Domini. Matth. 21.

Quia venit Rex non crude-
 lis.

Dixi in superioribus, Regem belli
 experientiam obtinere debere,
 ne se suosque periculis inuoluat,
 Christumque meritò benedictum, qui
 nobis vincendi arma, vires & dexterita-
 tem